

8937 virtute domini nostri Constantini maximi pii felicissimi invicti Augusti suppressis domitisque Francis, in eorum terris castrum Divitensium sub praesentia principis sui devoti numini maiestatique *duodeviginti haec vota fecerunt¹.

In castro Tuitiensi, i. e. Deutz (XIII 8502 servavit Rupertus abbas Tuitiensis, ex cuius opere aliquo ms. sumptam edid. a. 1571 Surius de probatis sanct. histor.; vindicavit Domaszewski mus. Rhen. 59, 1904 p. 470). — 1) Postrema corrupta esse apparet; fuisse duodevicesimani (sc. milites legionis vicesimae secundae Primigeniae, cuius legionis praeterea nulla mentio post nummos Carausii) — X vota XX — fecerunt coniecit Dom.

8938 Romanae securitatis libertatisq. vindicibus | dd. nn. Fl. Val. Constantino et V[al. Liciniano Licinio]¹ Pii Felicibus aeternis Augg., | quorum virtute et providentia edomitis | ubique barbararum gentium populis | ad confirmandam limitis tutelam etiam | Tropeensium civitas auspiciato a fundamentis | feliciter opere constructa est, | Petr. Annianus v. c. et Iul. Iulianus v. em. praeff. praet.,² numini eorum semper dicatissimi.

Adamklissi in regione Dobrudscha, ubi fuit civitas Tropaeum Traiani provinciae Moesiae inferioris (III S. 13734 = Tocilescu arch. ep. Mitth. 17 p. 190). — 1) Licinii nomen erasum. — 2) Eorundem praefectorum epistula extat (ad Optatum Mil. cod. Paris. 1711; ed. post alios Ziwsa ad Optatum Milev. p. 212), data ad Domitium Celsum vicarium Africae a. 315 ut videtur (Duchesne mël. de l'école fr. de Rome X p. 594. 607. 629; Pallu de Lessert fastes des prov. afric. II p. 171). Titulum positum esse ante a. 317 etiam ex eo manifestum est, quod Caesares eo anno creati non memorantur. Videntur hi praefecti communi certe nomine praefecturam administravisse, quamquam re vera sine dubio alter Constantini, alter Licinii praefectus fuerit. Cf. Momms. Herm. 36, 1901 p. 204 = Ges. Schr. 6, 287.

8939 Licini Auguste, semper vincas! (*litteris minoribus impressum*) Najiss. (*In media patera inter ramos olivae*) sic X, sic XX.

Naissi rep. a. 1901, paterae duae argenteae, iam Belgrad in museo (Vassits Revue archéol. ser. 4 t. 1, 1903 p. 26. 27 cum imagine).

8940 dei sancti Solis | simulacrum consecr. | die XIII kal. Decem., | debet. singulis annis | iusso sacro dd. nn. | Licini Aug. et Licini Caes.¹ | ture cereis et profusionibus eodem die | a praep. et vexillat. | in cast. Salsoviensib.² | agentib. exorari. | Val. Romulus v. p. dux³ | secutus iussionem | descripsit.

In vico Dobrudschae Mahmudia, ubi Salsoviam fuisse ex hoc titulo apparet rep. (Pârvan Convorbiri literare 40, 1906 p. 1023; vidi ectypum). — 1) Nota nullam mentionem fieri Constantini filiorumque. Titulus videtur extremi temporis Licinii, quo concordia inter eum et Constantinum desierat et ipse minimum cultui favere credebatur. — 2) Salsovia memoratur in itinerariis (it. Ant. p. 226, tab. Peut., Geogr. Rav. p. 178, 14) et in Notitia dignitatum (or. c. 35, sub dispositione ducis Scythiae). — 3) Scilicet provinciae Scythiae.